



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 94. Nunc autem regnum meum non est hinc. v. 36.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

bere. Ergo nec regnum tale, mundanum quale in hoc mundo est usitatum, consistens in splendore æterno, & pompa atque magnificentia, sicut regnum aliorum Regum.

Bene habet hæc ratio, Domine mi, & valde bene metum à Pilato deputasti, & pulchrius inferis quod sequitur nam in eo quod probasti concludis, sed ita caute, ut tamen in futuro non neges regnum unquam tale fore ex parte qualia sunt Regna ista quæ videmus. Hoc valde prudenter fecisti.

§. 94. Nunc autem regnum meum non est hinc. v. 36.

Modo dicebam hæc verba esse conclusioem rationationis, de qualitate regni Christi factum, cum magna cautela, ne assertum pro tempore præsentis posset trahi ad omne tempus futurum, ait enim nunc non est regnum meum tale, quale times Pilate in Iudæa posse constari, assertio te pro nunc, sed an postea tale regnum non sis habiturus in Iudæa, neque affirmo, neque nego, & tibi ad iudicandum me pro nunc satis est, nunc non esse regnum meum tale, quale tu vel Iudæi possent timere vel invidere.

Valde provide locutus es Domine, dum reddidisti propositioni tuæ vocatam nunc, nam post id tempus regnum tuum fuit etiam factum aliqua parte de hoc mundo, nimirum quando Constantinus Magnus Ecclesiæ Romanæ cessit Romam & donationes alias fecit regales, & quando Imperatores & Reges & Principes facti sunt Catholici, tunc vere cepit Regnum Christi etiam esse de hoc mundo. Frustra igitur Arnaldista, Frustra Waldenses &c. Volunt Christianos, Ecclesiasticos ad eam redigo pauperiam, quæ erat Christi Domini in tempore aliquo; quia Christus non asseruit nunquam regnum suum fore aliqua saltem parte de hoc mundo. Habet etiam nunc Ecclesia tua Christe, Regna & principatus terrenos, sed non erat neque modo est principale intentum tuum, ut homines acquirant regna & principatus, sed iustitiam, cui accessorium esse potest, habere regnum mundi non habes ab hoc mundo regnum, regnum enim huius mundi finem habebit, sed nunquam erit finis regni tui, quod tunc primum in oculis nostris perfectum erit, quando hic mundus finem habebit. Si regnum tuum esset de hoc mundo, ministri tui utique pro te pugnarent ne Iudæis tradereris: sed iam regnum tuum non est hinc, verum de cælis. Da, ô Domine, hoc ut intelligamus, ne mundi gloriam, aut carnis delicias quæramus, sed solum virtuti intendamus, cogitantes nos tunc regnare quando in humilitate, patientia mansuetudine & ceteris virtutibus nos exercuerimus iuxta illud profani vatis: Latius regnas avidum domando spiritum, quam si Lybiam remotis Gadibus iungas.